Omne autem ius.

Continuatur sic. Primus posite sunt diuisiones essentiales iuris. hic ponit tertia diuisio que sumitur penes obiectum iuris. Et summatur sic. Omne ius. Aut est circa psonas. aut circa res. aut circa actiones. Et primo de psonis videndum est. quia psone quarum sunt cause nō debet ignorari. ex quo ptz intellect⁹ text⁹.

☞ Notandū primo. De iure psonaruz tractatur in hoc primo libro vsq; finem. Et de iure rerū in secūdo et in tertio libris vsq; titulū de obligationibus. Et exinde vsq; ad finez quarti libri de actionibus et obligationibus. quia obligatio est mater actionuz vt supꝫ.

Notandū secundo. q primus decermi/natur de psonis quia digniora sunt priora vt ff. de posses. bono. ff. alia aūt. Homo enī cui conuenit psonalitas est dignissima creaturaz. vt. ff. de edili. edic. l. iustissime. Vñ dicit. Ouidius. Pronaq; cuz spectant aīalia cetera terrā. Os homini sublime dedit celūq; videre Jussit. et erectos ad sidera tollere vultus. Et Virgilius Celestisq; origo illi est.

Titulus III
De iure personarū.

Continuatur sic. Quia in ff. precedenti pmissuz est incipiēdū ec a iure psonarū ideo de hoc iure impator incipit h̄ tractare. Et diuidit̄ iste titulus in sex ptes. In prima ponitur diuisio psonarū. In secunda ibi. et libertas ponit̄ diffinitio libertatis. In tertia ibi. seruitus ponit̄ diffinitio seruitutis. In quarta ibi. sui declaratur qui serui dicuntur. In quinta ibi. serui declarat̄ qualiter serui efficiuntur. In sexta ibi. in seruoz ponunt̄ differentie liberoz. Prima ps q incipit Summa. Sūmatur sic. Diuisio principalis iuris psonaz est ista q oēs hoies aut sunt liberi aut sunt serui. et patet intellectus textus.

☞ Notandū primo. q ista diuisio dicit summa. id est pma quia ponent̄ infra alie diuisiones iuris psonaz. vt ff. de his q sui vel alie. iu. sint in principio. Et ff. de iure. in prin. Vel dicit̄ summa. i. maxia. q cōtinet ptē de iure naturali vt libertatē. Et ptem de iure gētiū vt seruitutem. que q̄dē intra sunt antiquiora et maiora iure ciuili. vt ff. de reg. iuri. ff. singulorū. Et ptz glo. circa ꝓbū. summa.

Notādū scdo. quia fu⁹ ascripticius t censitus sic differut. quia ascriptitius recipit ptē fructuū. sed censitus soluit annuū censuz vt. C. ex qui. cau. colo. censi. l fina. Et sunt isti liberi hoīes vt. C. de agrico. t censi. l. ne diutius. li⁹. xi. Quod etiā ptz q cōtra volūtatē dñoz possūt fieri clerici. vt. C. de epis. et cle. l. iubem⁹ ff. seru⁹. Pñt etiā facere testamenta saltem int̄ suos. et ferre testimoniū. vt. C. de agrico. et censi. l. quēadmodum. li. xi. Statu āt liberi nō sunt serui. licz aliqui hoc dicāt vt. ff. si ex noxa. cau. agat̄. l. fin. Monachi etiā sunt liberi. et ergo possūt reddere testimoniū. de quo dic vt in auctenti. de mona. ff. cogitādū. colla. i. Quāuis in q̄busdā actibus monachi fingunt̄ mortui. vt in auctē. de mona. ff. si qs āt. et. ff. illud. colla. i. et in auctē. de nup. ff. p occasionez. colla. iiij. Pūt tñ serui a seruitio diuino dicti. vt. liij. dis. c. multos. Nō tñ pñt sine licentia suptoris ferre testimoniū vt notat̄ in. c. i. extra de iuramen. calūnie. Nec pñt facere testamētū. vt extra de testamen. c quia ingredientibus. et sic ptz glo. cū alijs additionibus circa verbum serui.

☞ Oponit̄ sic. Et videt̄ q ista diuisio nō est bona posito enī q solū essent duo hoīes et vnus esset seruus et alius liber nō est verū dicere. oēs hoīes sunt liberi aut serui. Solutio Plūralis numerus debet hic exponi p singularem. id ē oīs homo. vt. ff. de condi. et demōstra. l.

falsa.ff.fi.sicut singularis numerus iuter dum exponitur p pluralem vt .ff.de te/ stamenta.tute.l.si quis. Ex quo ptz q si sit statutū q falsū testes puniant et vn⁹ dicat falsuz testimoniū puniēdus est p l.ij.C. vi bono.rapto. Patet etiā si duo legauerint ecclesie bona sua. postꝯ de/ cesserint. z vn⁹ decedat habebit ecclesia ptē decedentis vt in.l. lucius.ff. gaius. ff.ad trebellia.

Et libertas. Libertas a qua liberi appellant est facultas qūa quis facit quicquid sibi libet nisi vi vel iure prohibeat. hoc di. Ex quo etiā ptz intellectus textus.

☞ Notandū ṗmo. q post diuersas et satis diffusas expositiones de ista liber/ tate glo. nostra hic in ꝟbo. libertas resi/ det in hoc q hic diffinit libertas vt di/ stinguitur a seruitute. quia hodie nō est aliqua libertas seruoꝝ vt.j.de libertinis .ff.liberti.

Notandū scᵒdo. Circa verbuz vi q p istā vim intelligit ius gentiū secūdariū quod p violentiā est introductū vt ē ti tu. proxi.ff. ius āt gentiū. sed hoc verbuz iure positū hic intelligit de iure ciuili q̄ quis seipm ṗt facere seruū vt.j.eodez ti. .ff.serui secundo.

Seruitus autem est. Hic declaratur quid sit seruitus. Et sū. sic. Seruitus est consuetudo iuris gen/ tiuz. qua quis alieno dominio cōtra na/ turā subijcitur. et intellectus textus est clarus.

☞ Notandum ṗmo. q ista est vna de cōstitutionibus iuris gentiū. quia plu/ res ponuntur ē de iure natura. genti. et ciui.ff.ius āt gentiū.

Notandū scᵒdo. q seruitus est contra naturā introducta. vt patet hic et supꝝ de iure natura.ff.ius autem.

☞ Opponitur primo sic. Quia seruitus est de iure ciuili. vt.j.de his qui sui vel alie. iuris sunt.ff. sed hoc tpe g̃ nō be ne dicitur hic esse de iure gentiū. Solutio Seruitus dicit hic esse de iure gentiū quia illo iure est introducta z ap probata. Iure āt ciuili habz aliquā for/ mationē. q illo iure nō licz dño de suo suo quicquid velit facere vt dicit in al/ lega.ff. sed hoc tpe. et sic est de iure gen/ tiū inuentiōe. sed de iure ciuili formati/ one.

Opponitur scᵒdo Et videt q p seruitutē nō semp est quis subiectus alieno dominio p.l.fina.ff.pro derelicto Solutio Licz seruus nō semp subijciatur dominio eius qui eū possidet tñ semper subiectus est alicuius dominio. vt.ff.de stipula. seruo.l.quod seruitus. et.ff.de li bera.cau.l.si vsusfructus.

Serui aūt Serui dicti sunt: quia imperatores iusserunt captiuos vendi. et sic seruari. et nō occidi. qui etiaz vocant mancipia quia manibus hostiū capiuntur. ex quo patz etiā intellectus textus.

☞ Notanduz ṗmo. Q̄ serui dicunt a seruando vt hic. sed notarij vel tabellio nes. dicunt serui a seruiendo. ff. de adop tio. l. nec es. et. l. non alit. Nam serui a seruādo nō possunt esse notarij vel ta/ belliones vt. C. de tabellio. l. generaliter li. x. papa etiā dicit seruus seruoꝝ nō a seruando sed seruiendo quia est seruus christianorum.

Serui aūt Hic consequēter declaratur qualit serui efficiunt. z summat sic. Quia serui aut nascunt ex ancillis. aut fiūt iure gē tiū. scz ex captiuitate. aut iure ciuili q̄ videlicz maior xx. annis seipm vendit ad preciū pticipandū. ex quo etiam ptz intellectus textus.

☞ Notādū ṗmo Q̄ natus ex ancilla

7 libero patre est seruus. quia partus sequitur ventrem. C. de rei vēdica. l. partuz. Sicut econtra ex patre ascripticio et libera matre nascitur liber. vt in auc'en'constitutio. que ex ascripticio et libera muliere. §. i. colla. v. et §. de inge. §. i. ¶ Notādū secūdo. Q; preter istos modos positos in tex. etiam fit seruus per ingratitudinē vt in aucten. vt liber. de ce. §. illud. colla. vi.

☞ Opponitur sic Et videtur q; ille q; vendit seipm non est seruus p. l. homo liber. ff. de statu hoīm ¶ Solutio ¶ Ad hoc q; vendens seipm fiat seruus. requiruntur multe conditiones. ¶ Primo q; sit maior xx. annis. vt hic et. C. de liberali causa. l. si p ministerium. Secundo q; habeat animū pticipandi preciuz. vt. C. de libe. cau. l. non ideo. Tertio q; effectualiter pticipet preciuz. id est habeat pcēm ptem vt. ff. qui. ad liber. proclama. nō liczt. l. i. Quarto q; sciat cōditionē suam. i. se esse liberum vt. ff. de libera. causa. l. liberis. Quinto q; emens sciat cōditionē suam. id est emens sciat euz esse liberum ff. de libera. causa. l. i. Et sicut fit seruus p venditionem sic etiam potest fieri alio titulo lucratiuo vt. C. de libe. causa l. si ministeriū. Et istis conditiōibus habitis non potest ad libertatem proclamare. nisi domino offerat preciuz ad qd etiam recipiendū non potest cogi si non sponte velit recipere vt. ff. si quis liberus. ingenuus esse dicatur. l. ij. respōso. i. Sed replicatur cum iste minor sit xxv. annis potest petere restitutionem. et sic videtur q; non manebit seruus ¶ Solutio ¶ Dicenduz q; in isto casu non datur minori in integruz restitutio. Et ratio est propter solennitatem factam et mutationem rei in suo statu vt. ff. de mino. l. si ex causa. §. papinianus. Sed itez replicatur et videtur q; parētes vel cō sanguinei possunt eum petere p officiū iudicis vel per rei vendicationem quia redundat factum suum in eoz̄ ignominiam. ff. de rei vendicatio. l. i. Et ita videtur non manere seruus ¶ Solutio Dicendum q; isti non possunt eum petere ſm cōmuniorem opinionez docto. vt. ff. de capi: diminu. l. tutelas. §. si libertatem. Lex autem in opposituz allegata loquitur de eo qui voluit se facere seruuz. sed adhuc non fecit et in. non mutauit statum ita conditione.

In seruoz̄ cōditiōe.

Summatur sic. Non est differentia seruoruz. sed liberorum alij sunt ingenui. alij libertini.

☞ Notandum Circa verbum. multe q; plures sunt differentie liberorum. q; libertinoruz aliqui sunt latini. aliqui dediticij. vt. §. de liberti. patebit. ¶ Duo tamen possunt dici multa. vt in aucteti. de depositis et denunciationi. §. cum et multa. colla. vi. et sic patet glo. sup̄ illo verbo. multe.

☞ Opponitur sic Et videtur q; nō bene dicatur q; inter seruos non est differentia. Nam aliqui serui sunt in dignitate. aliqui non vt. §. de iniurijs. §. sed pena. Aliqui etiam sunt ordinarij. et aliq; vicarij vt. §. quod cum eo q; in alie. potesta. §. cum autem. Et aliqui sunt veterani. et aliqui nouicij vt. ff. de edili. edicto. l. fina. ¶ Solutio ¶ Omnes isti serui equaliter sunt serui. licet differant quo ad actus. Et modo etiam super seruos est equale dominium. Q;uis olim fuit super seruos aliquod dominium plenum. aliquod semiplenum. et aliquod nuduz vt. C. de nudo iure quiritum tollendo. le. vnica.

Titulus IIII